

rum juris civilis, quorum hic meminit glossa nostra, quam tenuerunt etiam Vincencius, & Laurentius hic. Fallit secundo, ubi questio incidens debet ventilari coram alio iudice, quam coram iudice cognoscente de negotio principali: ut si petenti hereditatem in foro seculari opponatur, quod sit illegitimus; oportet enim ut super incidenti pronuntiet iudex ecclesiasticus antequam iudex laicus procedat in causa principali, ut cap. Tuam, infra eod. & tunc dictum est supra in 2. ampliat. num. 14. Hac in effectu est distinctio glossae huc, cum qua concordat Archid. in §. spanium, 3. quast. 3. & hic dicit esse veram Henric. Boich n. 10. & sub n. 12. vers. Et licet.

28 Secunda principalis theoria est Hostiensis hic n. 4. vers. Brevi expeditas, quae licet quoad juris effectum coincidat cum prima, tamen est compendiosior, clarior, & facilius videlicet: At est talis questio, vel exceptio, vel incidens, vel emergens, cuius pronuntiatio dilata, processus principalis questionis expediri non potest, eod quod sit prajudicialis cognitioni negotii principalis, ut veluti quia agente de hereditate opponitur servitus; vel queritur, an actor sit excommunicatus, vel infamis, nec ne, ut c. Querendum, & ibi Archid. 2. quast. 7. & tunc de illa prius est cognoscendum, & pronuntiandum; ut l. A precedente, C. de dilat. l. 2. C. de ordin. cognit. l. 1. l. 1. bern. §. fin. ff. de praevicator. Aut est talis questio, cuius pronuntiatio dilata processus principalis questionis potest nihilominus expediri, nempe quia non est prajudicialis cognitioni negotii principalis: & tunc quamvis iudex si velit, super illa possit expressè pronuntiare, nec per hoc annullatur processus, ut cap. Super eo, si prima, in fin. infra de appellat. tamen non teneatur de necessitate, sed satis est ut pronuntiet tacite pronuntiando super principali, ut hic patet; nisi talis questio incidens vel emergens sit ventilanda coram alio iudice, quam iudice negotii principalis, quia tunc super illa necessario est pronuntiandum, d. c. Tuam, infra eod. & c. Lator, Qui sit legitimus, & secundum hanc theoriam nullum jus contradicit, & aliae distinctiones potius ad subtilitatem, quam ad utilitatem traditae sunt ab Antiquis secundum Host. hic in fin. cum quo concordant Joan. And. n. 8. vers. Breviter dicat, Calder. n. 16. vers. Hostiensis hic, Henr. Boich n. 12. vers. Et licet ista distinctio, Butr. circa finem, vers. Conclutio ergo sit, Abb. n. 1. vers. Sed conclude clarus, & alij communiter, & idem Host. in Summa huius tituli, vers. Breviter, Guil. de Monte Laudun, in Clem. fin. de appell. & nullus discrepat.

32 Quaro pro complemento materiae, quae dicantur questiones prajudiciales.

33 Goffredus hic constituebat differentiam inter prajudiciales, & peremptorias: nam prajudiciales dicuntur, in quibus queritur de conditione personae, videlicet utrum quis sit liber, vel servus, ingenuus, vel libertinus, filius, vel extraneus. Prajudiciales, infra de action. l. 1. & 2. C. de ordin. cognit. Ergo idem cum queritur, an actor sit excommunicatus, vel nob. c. Exemptionem, infra de except. infamis, vel bonae famae, c. Querendum, 2. q. 7. & in hoc differunt a peremptorijs, quia

prajudiciales proponuntur, & probantur ante litem contestationem, l. Quamvis Alexandrum, Cod. de adulter. licet quaedam proponantur etiam post sententiam, ut l. Non videtur §. Cum postea, ff. de iudic. c. ad probandum infra de re iudic. & c. Pia Mater, de except. lib. 6. Peremptoriae vero quamvis proponantur ante litem contestationem; nunquam tamen probantur nisi lite demum contestata, l. Si quidem, C. de except. l. Empior. C. de praescrip. long. temp. nec locum habent post sententiam cap. Inter, de re iudic. nisi casualiter, c. 2. infra de purgat. vulgar. & cum hac distinctione

34 Goffredus transit hic Host. num. 2. & 3. Sed plenius distinguit Joan. And. in c. Tuam, n. 6. vers. Ergo ad 2. infra eodem: nam secundum eam prajudicialis questio dicitur diversis modis. Primo scilicet quoad intentionem actoris, cui prajudicat, & eam perimit: & hoc modo prajudicialis est omnis peremptoria: hac tamen prajudicat solum in distinctione; nam ea probata imponitur silentium ipsi actori; sed non prajudicat processui, ut hic, nisi in casibus, de quibus in c. 1. de lit. contest. lib. 6. deinde dicitur questio prajudicialis respectu processus, scilicet quia primitus tradanda, & de his loquitur glossa in d. cap. Tuam, in ver. Dependens. Et hoc modo dici potest prajudicialis omnis emergens, de qua prius debet cognosci, & pronuntari, ut de dilatorijs dictum est supra n. 16. Rursum hoc modo prajudicialis est interduo actio, ut in c. ult. infra eod. Tertio dicitur questio prajudicialis quoad eligentem alteram de duabus, quae sibi competere poterant: nam per hoc inferri sibi prajudicium in reliqua, c. Vt quis duas, infra de elect. & c. un. de postul. lib. 6. De hoc in l. Quod in heredem, §. Eligere, ff. de tribut. additio. Et hoc modo aliquando etiam exceptio est prajudicialis ipsi excipienti, licet regulariter contra, ut c. Nullus pluribus, de regul. jur. lib. 6. ubi de hoc in gloss. un. & per Joan. And. num. 3.

36 Quarto dicitur prajudicialis questio respectu iudicis, vel eius jurisdictionis; & de hac loquitur tex. in d. c. Tuam, & in c. Lator, infra, qui sibi sint legitima questio nativitatis prajudicat iudici laico, non ipsam cognoscit: Item ne in principali procedat, donec questio natalium per iudicem ecclesiasticum fuerit distincta: quae tamen si incidat coram iudice ecclesiastico, veluti si exciperetur contra electum, vel presentatum, confirmandum, vel consecrandum, benedicendum, vel ordinandum, quod esset illegitimè natus: tunc esset verè peremptoria, & eo casu verum esset dictum Innocentij in d. cap. Tuam, ad finem, vers. Vel de hac dilationem, quia nec prajudicat processui, nec jurisdictioni, sed solum probata inferri prajudicium actori in sua petitione, quam perimit. Et hanc distinctionem Joan. And. in effectu sequuntur in d. c. Tuam, infra eod. Henric. Boich, num. 1. Bellam, num. 11. Butr. eod. Card. num. 4. & Abb. num. 6. nec ab his discrepat Calder. hic in 3. quast. n. 19. Cuius distinctio prolixior est, sed satis clara; & eam sequitur Anchar. in d. c. Tuam, n. 9.

DE ORDINE COGNITIONUM.

Cap. Tuam.

S Y M M A R I V M.

- 1 **C**ausa natalium pendente coram iudice Ecclesiastico questio hereditatis per sacularem iudicem insinuari non debet. & num. 6.
- 2 Iudicium incipit a litis contestatione.
- 3 Exceptio illegitimitatis est peremptoria, & suspensiva jurisdictionis iudicis laici.
- 4 Et litis contestationem non inducit.
- 5 Litis contestatio non inducitur per exceptionem excommunicationis.
- 6 Hereditatem petenti obstat exceptio nativitatis, quae debet prius coram Ecclesiastico iudice terminari.
- 7 Causa natalium ad Ecclesiam pertinet tam principaliter, quam incidenter, & per viam exceptionis.
- 8 Etiam si de illa agatur post obitum parentum.
- 9 Iudex laicus de questione spirituali, nec principaliter, nec incidenter potest cognoscere. & n. 25.
- 10 Etiam de iure civili, n. 26.
- 10 Iudex hereditatis cognoscit incidenter de causa factis, licet de illa principaliter cognoscere non possit.
- 11 Causa natalium est spiritualis, & matrimonialis.
- 12 Prajudicialis questio si incidat in causa aliqua, suspendendum est in principali, donec prajudicialis terminetur.
- 13 Sive incidat in civilis, quae prajudicat civili.
- 14 Sive incidat in civilis, quae prajudicat criminali, & de converso.
- 15 Sive incidat in criminali, quae prajudicat criminali.
- 16 Iudex laicus, coram quo incidit questio natalium, cur debeat super sedere in causa hereditatis. Questio natalium an sit prajudicialis causa hereditatis. ibid.
- 17 Causa hereditatis prout dependet a questione legitimitatis, non pertinet ad iudicem Ecclesiasticum.
- 18 Nisi coram Papa, vel coram Episcopo habente jurisdictionem temporalem in loco, questio legitimitatis, & hereditatis simul proponatur. & n. 32.
- 19 Causa principalis & incidens ubi sunt tractanda coram diversis iudicibus, pendentia incidentis suspendit jurisdictionem in principali, & n. 22.
- 20 Iudex ecclesiasticus, coram quo pendet questio incidens prajudicialis, potest inhibere iudici laico, ne interim procedat ante processum inchoat super principali.
- 21 Et inhibicio fieri potest sine causa cognitione.
- 22 Et an processus ante inhibitionem sit nullus, parte non opponente, vel appellante.
- 24 Iurisdicatio iudicis an & quando ex incidentia causa prorogetur ad aliam speciem jurisdictionis, & n. seq.

- 25 Quid sit species sit omnino diversa natura, & altioru gradus. Et quid sit talis ex accidenti ratione persona, n. 34.
- Et quid sit species non sit separata a natura, nec altioru, sed inferioru gradus, n. 30.
- 27 Iudex, qui merum & mixtum imperium non habet ratione incidentiae, vel prorogationis non potest de his cognoscere, quae sunt merè vel mixtè imperij.
- 28 Iudex laicus non potest etiam incidenter cognoscere de exceptione excommunicationis, finoniae, vel intrusionis, Et quid in perjurio, n. 29.
- 31 Iudex Ecclesiasticus potest de questione temporalis cognoscere incidenter, vel per reconventionem.
- 32 Iurisdicatio in temporalibus habitus est penes Ecclesiam.
- 33 Iudex laicus an possit cognoscere de causa Ecclesiastica per viam reconventionis, & n. seq.
- 35 Consuetudo, ut iudex laicus sit competens in causa civilis reconventionis contra Clericum, servanda est, cum articulus sit dubitabilis, & n. 59.
- 36 Iudex laicus an possit incidenter cognoscere de causa legitimitatis, si contraversa non in iure, sed in factis consistat, & num: seq. usque in finem.
- 37 Usurarum questio an pertinet ad iudicem laicum si sit conventio super factis, & non super iure, & n. seq. & n. 55.
- 39 Decimarum causa, si sit questio super iure decimandi, spectat ad forum Ecclesiae tantum: secus si super factis.
- 40 Vxor si petatur ut uxore, nec dubitetur de viribus matrimonij, causa tractari potest coram iudice seculari. Declaratur, n. 62.
- 41 Auctores pro opinione negativa expenduntur, & n. seq. usque ad n. 44. & n. 61.
- 42 Causa natalium, si sit contentio an quis sit filius huius, vel alterius, tractari potest coram iudice laico, coram quo incidit: secus si sit contentio an matrimonium sit contractum, ibidem. ibidem. & n. seq.
- 42 Libellus in causa legitimitatis qualiter formetur.
- 43 Iudex laicus, coram quo aliquis accusatur de adulterio, si opponatur quod matrimonium non sit contractum, debet hunc articulum ad Episcopum remittere.
- 44 Legitimitati per subsequens non succedunt in secundo, ad quod vocantur nati, & procreati ex legitimo matrimonio.
- 45 Intellectus c. Si iudex laicus, de sent. excomm. lib. 6. & n. seq. & n. 52. & seq.
- Questio facti an matrimonium fuerit contractum non minus est spiritualis, & de foro Ecclesiae, quam sit questio facti, an quis fuerit ordinatus, ibid. & n. 52.
- 46 In spiritualibus iudex secularis est competens si cadant in laicam activè, & questio sit super factis alias secus, secundum distinctionem Ancharani. Sed contra, n. 49. & seq. usque ad n. 61.
- 47 Iurisdictionis questio sive sit iuris, sive facti, ad iudicem laicum non pertinet.
- 48 Haereticum crimen est merè Ecclesiasticum etiam si sit questio super factis, & n. 50.
- 49 Iudex laicus etiam incidenter non potest cognoscere de

- de questione facti an quis sit simoniacus intrusus, vel baptizatus. & num. 51.
- 53 Index laicus nec incidenter potest cognoscere de questione facti an capus incederit in habitu, & tonsura.
- 54 Facti questio habet complicationem, & mixturam inseparabilem cum questione iuris.
- 56 Positiones super matrimonio an fieri possint coram iudice seculari.
- 57 Confessio etiam spontanea coram iudice incompetenti non valet.
- 58 Consensus partium, vel consuetudo non removet incapacitatem iudicis laici in spiritualibus.
- 59 Consuetudo in articulo dubitabili propter varietatem opinionum declarat iudicis competentiam.
- 60 Terminatio a Papa, vel alio superiore iudice ecclesiastico est presigendum, infra quem natalium questio non prosequatur, & de hereditate nullatenus s' innotuit.
- 61 Auctores pro opinione affirmativa expenduntur.

TUAM. Continet materiam profundam, & legitur dupliciter.

Primo, scilicet intelligendo questionem natalium fuisse motam principaliter coram Papa, ea que pendente fuisse petita hereditatem coram iudice seculari. Et huic lecturæ suffragatur littera ibi, *Successionis causam incipere, nec non tibi, si forte ab ipsa Regina sacra super hoc requisita.* Quibus verbis Pontifex clarè supponit causam hereditatis coram Rege Francia, nondum fuisse inchoatam; & nihilominus questio natalium ad examen Papæ iam fuerat delata, ut dicitur in principio textus, & juxta hanc lecturam hoc incidit secundum Joan. Andr. & alios post eum. Pendente causâ natalium coram ecclesiastico iudice questio hereditatis per secularem iudicem inchoari non debet.

Secundo, legitur intelligendo prius hic fuisse petitam hereditatem coram iudice laico, & exceptum fuisse de illegimitate, prout intellexit glossa. Et est communis lectura, ut testantur hic Joan. Andr. num. 4. & Burr. num. 17. *vers. Advertendum*, & hoc modo verbum, *Incipere*, exponitur, id est, inceptam prosequi: & verba, *super hoc requisita*, exponuntur, id est, pro causâ proleutione. Sed quia hæc expolitio vim infert litteræ, suslinendo communem lecturam, potest dici, iudicium incipere à litis contestatione, quæ dicitur liti exordium, & principium causæ, ut legitur, & not. in cap. *Super questionum*, §. *Intentionis*, supra de offic. Delegat. ita ut antea non dicatur *lis mota*, cap. *Ex parte*, §. *secundo*, in fin. de verbor. significat. & notat Bald. conf. 150. *Casus actualiter*, num. 2. *vers. Ex quo apparet*, lib. 2. Hoc autem casu quamvis Regina Cypri primò petijisset hereditatem coram Rege Francia, tamen cum illius adversarius illico oppofterit exceptionem illegimitatis, quæ peremptoria est, cap. 1. *supra eod.* & suspensiva jurisdictionis iudicis laici, ut hic, & in cap. *Lator*, infra, *Qui filij sint legit.* Utique per hoc litem non fuit contestatus, ut est text. in c. 2. & ibi gloss. penult. & communiter omnes de lit. contest. lib. 6. cum non habuerit animum litigandi coram Rege, quin potius illius jurisdictionem declinandus, ut notat gloss. univ. *vers. Quod est intelligendum*, in cap. 1. *supra de*

lit. contestat. ubi etiam Innoc. num. 1. & ibi dixi §. num. 39. Unde in simili si contra agentem in foro seculari reus excipiat, quod sit excommunicatus, per hoc litem non contestatur, nec iudex secularis potest de huiusmodi exceptione cognoscere, sed debet remittere ad ecclesiasticum, secundum opinionem Vincentij, & communem, ut dicam infra num. 28. Idem ergo dicendum in proposito. Et hoc sensu verbum, *incipere*, retinet propriam significationem, & salvatur communis lectura, secundum quam textus hoc dicit: *Petenti hereditatem obstat exceptio nativitatis, quæ debet primitus coram ecclesiastico iudice terminari.* Quidquid tamen sit, quod pertinet ad iuris effectum, uterque intellectus est in se verus, quia sive questio nativitatis prius moveatur coram iudice ecclesiastico, sive incidat coram iudice seculari, solus ecclesiasticus cognoscit, ut est casus apertus in d. c. *Lator*, infra *Qui filij sint legit.* & hic declarat Cardin. num. 3. *vers. Quantum autem.*

Nota primò ibi, *Ad forum ecclesiasticum*, causam natalium ad Ecclesiam pertinere, non solum si de illa principaliter agatur, sed etiam si incidenter, & per viam exceptionis, ut hic est casus secundum communem lecturam, concordat dict. cap. *Lator*, infra *Qui filij sint legitimi*: ubi similiter est casus; & hic notat gloss. 1. & fin. Innoc. in princip. Abb. Antiqui. num. 4. Host. num. 1. & 3. *vers. Sic pater*. Joan. Andr. num. 2. Anchar. in 1. not. Abb. Siculus num. 3. & reliqui omnes, & ita communiter concludi attestat Ripa in c. *Decernimus*, num. 17. *supra de iudic.* Quod procedit non modo si de questione nativitatis agatur in vita, sed etiam post obitum parentum, quia solus ecclesiasticus cognoscit, ut c. 1. 2. & 3. c. *Per venit*, c. *Per tuas*, infra *Qui filij sint legit.* secundum Innoc. ubi supra. Host. num. 3. & Joan. Andr. num. 2. *circa finem.*

Rationem principalis conclusionis reddit Innocentius hic num. 1. *vers. Sed hoc potest esse*, quia scriptum est, *quos Deus conjunxit, homo non separet*, Matth. 19. cap. *Quos Deus*, 33. *quæst.* 2. cap. *Inter corporalia*, supra de translat. Episcop. Ergo similiter inter eos non fuisse matrimonium, non homo, sed is solus, qui vices Dei gerit in terris, potest iudicare, dict. cap. *Inter corporalia*, vel cui ipse commiserit, scilicet Episcopus, secundum Abb. Antiqui. hic num. 4. Holtien. num. 2. *vers. Secunda est*. Joan. Andr. num. 1. Burr. num. 15. Abb. Siculus num. 3.

Vel dic generalem rationem esse, quia de questione spiritali iudex laicus ob eius incapacitatem nec principaliter, nec incidenter, nec per reconventionem potest cognoscere, c. *Decernimus*, & cap. *Quanto*, supra de iudic. d. c. *Lator*, & c. *Causam*, 1. & 2. infra *Qui filij sint legit.* & notant hic gloss. ult. Innoc. num. 1. *vers. Vel dic generaliter*, Host. num. 2. *vers. Tertia est*, & num. 7. in *ver. Apostolico iudicio*, Abb. Antiqui. in fin. Joan. Andr. num. 1. in fin. Abb. Siculus num. 3. *vers. Vel secundum Innocentium*, & reliqui omnes, Ripa in d. c. *Decernimus*, num. 17. ubi de communi.

Atque ita non obstat textus in l. *Quoties*, c. de iudicij, & in leg. 1. c. de ordin. iudic. ubi iudex hereditatis cognoscit incidenter de causa status, licet de illa principaliter cognoscere non possit, nam in questione spiritali diversæ est ratio pro-

pter incapacitatem iudicis laici, ut in iuribus prælegatis: & est ex mente Abbatis Antiqui dict. num. 3. & declarat Bald. num. 2. nam secundum eum hinc causæ erant diversifloræ, incomparabiles, & derogatoriæ, quia iudex secularis non est capax cognoscendi de causis ecclesiasticis: ibi autem erat capax, quod sensus explicat idem Baldus in l. *Quoties*, num. 1. *vers. contra legem nostram*, & num. 2. c. de iudic. Explorari autem iuris est causam natalium esse spirituales, seu matrimoniales, quia pendet ex matrimonio, quod est unum ex septem legis Evangelicæ Sacramentis à Christo Domino institutum, & gratiam confertens, Concil. Trident. sess. 24. de Sacram. matrim. can. 1. Unde ad Vicarium ipsius instituentis, vel ab eo deputatum pertinet illius cognitio, ut hic per Abbatem num. 3. *vers. Item matrimonium*, & per Holt. in cap. 1. num. 4. infra *Ne Cler. vel Monach.* adeo ut si quis dixerit causas matrimoniales non spectare ad iudices ecclesiasticos, anathema sit, d. sess. 24. can. ult.

Secundo nota ibi, *dependentem ex illa successione causam*, quod si questio præjudicialis incidat in causâ aliqua, super sedendum est in causâ principali, donec ipsa præjudicialis questio terminetur, arg. §. *præjudicialis*, Instit. de act. Et est ratio, quia probatâ questione præjudiciali, causâ principalis illico est perempta, cap. 1. *supra eod.* & hic notat gloss. 2. Innocent. num. 1. *vers. Potest ergo dici*, Holtien. num. 2. & 5. in *ver. Perturbare*.

Quod verum est sive incidat questio civilis, quæ sit præjudicialis civilis, veluti si petenti hereditatem obijciatur, quod non sit legitimus: nam de legitimitate prius est cognoscendum, ut hic, & in cap. *Lator*, infra, *Qui filij sint legit.* quia si succumbat in questione legitimitatis, non habebit locum hæreditatis petiti, cum illegitimus non possit hæres esse, cap. 2. *cap. Quod nobis*, cap. *Referente*, & cap. *Ex tenore*, eodem tit. Abb. Antiqui. hic num. 2. sive incidat questio civilis, quæ sit præjudicet criminali, ut si quis gerit se pro libero, & de aliquo crimine accusatur, moveatur questio status, ut cap. *Prius est*, §. *Aliquando*, 3. *quæst.* 1. & notatur in cap. 1. *supra eodem*. Si ve incidat questio criminalis, quæ sit præjudicialis civilis, veluti si petens hereditatem ex testamento accusetur quod testatorum compulerit, ut eum hæredem institueret, ut l. 1. c. *Si quis aliq. test. prohib.* Si ve demum incidat questio criminalis, quæ sit præjudicet criminali, veluti si servus Dominum suum de capitali crimine accusaverit: non enim audiri debet, sed decapitari ante litem contestatam, ut in dict. §. *Si aliquando*. His enim casibus cognoscendum est prius de questione incidenti, ut hic in gloss. in *ver. Dependente*, & per Holt. num. 9. in *ver. Perturbare*, & Joann. Andr. num. 10. & de his consule Speculat. in d. de incid. *quæst.*

Tertio nota ibi, *iudicij ordinem perturbare*, & signa rationem, cur iudex laicus, coram quo incidit questio nativitatis, debeat super sedere in causâ hereditatis, quousque legitimitatis questio fuerit terminata: hoc enim non provenit ex eo, quod questio natalium sit præjudicialis petitioni hereditatis, secundum Innoc. hic ad fin. *vers. Vel dic hanc dilationem*, sed questio hereditatis differtur, quia causâ matrimonialis non

potest agi, nisi coram iudice ecclesiastico. Et fortâ iudex secularis non patietur, ut questio hæreditatis coram alio, quam coram se examinetur. Ergo necesse est, ut hæreditatis questio differatur, alioquin istæ duæ questiones invicem se contingant, si simul, & eodem tempore agerentur coram diversis iudicibus, accedere possent, ut diversi iudices circa eandem personam & hereditatem diversas seu contrarias ferrent sententias, ecclesiastico scilicet ipsam illegitimam pronunciantem, & seculari hereditatem eidem tanquam legitimæ adjudicantem, & sic sequeretur absurditas, & contrarietas intolerabilis, secundum Innocentium, cum quo tranfit hic Holt. num. 3. *vers. Et est ratio*, & Abb. num. 2. *vers. Ex quo enim questio*. Cæterum an aliquo respectu questio nativitatis dici possit præjudicialis causæ hereditatis, plene scripsi in cap. 1. *supra eod.* in ult. *questione*.

Quarto nota ibi, *Super hoc fuerit requisitus*, causam hereditatis inter laicos, prout descendit à questione legitimitatis, non spectare ad iudicem ecclesiasticum, sed ad Regem in suo Regno; & sic ad iudicem secularem, quando principalis intentatur separatim à questione legitimitatis principaliter intentata, ut hic per Burr. in 2. & 3. not. & est casus in cap. *Causam*, §. *secundo*, infra *Qui filij sint legit.* Tu dic incidit secundum Imol. num. 4. Si questio legitimitatis incidat in causâ hereditatis principaliter intentata coram iudice seculari, ut est textus in dict. cap. *Lator*, eodem tit. & hic, secundum intellectum gloss. & communem. Secus autem est si coram Papa, vel coram Episcopo habente jurisdictionem temporalem in loco proponatur simul questio natalium, & hereditatis, quia poterit de utraque cognoscere, secundum Innocentium hic circa finem, Holtien. num. 3. *vers. Si ergo*, Joan. Andr. num. 5. *vers. Si autem coram Papa*, Collectar. num. 2. Burr. num. 17. *vers. Ideo questio*, & Abb. num. 6. *vers. Unde cum hic*, & idem Joan. Andr. in cap. *Lator*, super gloss. fin. infra *Qui filij sint legit.* licet Vincent. contra.

Quinto nota ibi, *Apostolico iudicio sinem accepert*, juxta communem lecturam gloss. quod ubi questio incidens, & principalis veniunt tractandæ coram diversis iudicibus; tunc pendencia incidens ipso iure suspendit jurisdictionem super principali, ut hic per Burr. in 4. notat. & est ex mente Holt. num. 3. in fin. qui exponit *ver. Delatam*, scilicet eo ipso, quod questio nativitatis proposta fuerit coram Rege, & ita est casus in quo aliter, quam per appellationem suspenditur iudicium, & est casus specialis, in quo prius pronuntiat super incidenti, quam super principali, licet regulariter contra, ut in c. 1. *supra eod.* & l. 1. c. de ordin. iudic. Sed illud quando coram eodem iudice ambæ tractantur, secundum Imol. hic n. 4. Itè est casus in quo peremptoria exceptio vel replicatio, etiam post litem contestatam proposita, habet effectum dilatorum, ut per Burr. ubi supra, & vide glossam primam in cap. *Exceptionem*, infra de except.

Ultimò nota ibi, *patienter expectet*, iudicem ecclesiasticum, coram quo pendet questio incidens ex sui natura præjudicialis, posse inhiberi iudici laico, ne interim procedat, vel processum inchoet super principali, ut hic. Et quamvis regula-

gulariter non miteatur in prohibitoria, nisi causa cognita, ut in Auth. in mod. lit. non fieri fac. form. §. 1. cap. Non solum, & cap. Romana, de appellat. lib. 6. Et huiusmodi recurrit ad iudices ecclesiasticos multoties sicut ad intricandos processus, & eludendam iurisdictionem iudicis laici, ut per Feder. de Senis cons. 93. Et ad id quod proponitur, num. 6. in fin. tamen hoc casu inhiberi poterit sine causae cognitione, ut hic innuitur, & in dict. cap. Lator, qui sibi sint legit. & firmat L. ap. alleg. 60. quae incipit. Visus interea, num. 7. & Butr. hic num. 9. Hac enim est potius quaedam declaratio, quam inhibitio; quia iurisdicatio iudicis secularis super principali propter incidentiam quaestionis natalium, seu alterius praedicialis est ipso iure suspensa, ut dictum est supra in §. not. etiam ante ullam inhibitionem iudicis ecclesiastici, quia sufficit inhibitoria iuris, ut per Feder. de Senis cons. 98. Nicolarius, num. 3. vers. Praeterea, & num. 7. vers. Concludendum, & Butr. hic num. 12. vers. Et haec inhibitio: & est ex mente Innocentii in cap. Cum M. num. 10. supra de Constit. nam secundum eum quando causa est coram diversis iudicibus, quorum unus est inferior, alter superior, ipso iure absque oppositione, vel inhibitione revocata est iurisdicatio inferioris, cap. Licet, de offi. legat. cap. Quamvis, 3. quasi 6. De quo tamen dic latius, ut hic per Butr. num. 12. vers. Ita videntur, & Abb. num. 11. ubi plene videas, a processu absque inhibitoria licet nullus parte non opponente, vel appellante.

24 In glossa ultima QUERO generaliter, a incidentia causae proroget iurisdictionem iudicis ad aliam speciem iurisdictionis, ita ut iudex quamvis non possit de illa principaliter cognoscere, possit tamen incidenter, vel per viam reconvencionis.

25 Doctores solvunt quaestionem distinguendo: nam aut queritur, an ex incidentia causae prorogetur iurisdicatio ad speciem omnino diversam, & separatam naturae, & altioris gradus: & dicendum est non prorogari; unde iudex laicus de causa ex sua natura spirituali puta matrimonij, electionis, aut consimilis, aut spirituali annexa, ut juris patronatus, nec incidenter, nec per reconvencionem potest cognoscere; & ad hanc speciem non fit prorogatio, prout hic tenent gloss. final. Innoc. in princip. Hostiens. num. 3. vers. Sic patet, Butr. num. 17. vers. Dic quid si queritur, & communiter Canonistae, ut Abb. testatur num. 9. & probatur irresistibiliter in hac Decretali iuxta communem intellectum in cap. Lator, infra qui sibi sint legit. & in cap. Si iudex laicus, 26 de sentent. excommunicat. lib. 6. & idem tenet Bart. in leg. Quoties, num. 1. C. de iudic. dicens, hoc procedere etiam de iure civili, per leg. Omnia in novatione, C. de sacros. Eccles. quod etiam dixerunt Hostiens. lib. 7. vers. Et hoc est verum, & 27 Abb. num. 19. vers. Et quod supra dixi. Quo fit ut iudex, qui merum, & mixtum imperium non habet, sed simplicem iurisdictionem, non possit ratione prorogationis, seu incidentiae de his cognoscere, quae sunt meri, vel mixti imperij, ut notat gloss. un. in leg. inter convenientes, ff. Ad municipalem. Butr. hic num. 17. vers. Ideo non prorogatur, & Abb. dicit num. 9. vers. Sicut dicitur 28 in prorogatione. Hinc etiam fit, ut si agenti in

foro seculari obijciatur, quod sit excommunicatus, non possit iudex laicus de hoc incidenter excommunicationis cognoscere, sed debeat remittere ad ecclesiasticum: ita Vincentius hic, qui idem dicit si obijciatur, quod sit simoniacus, intrusus, vel perjurus. Et sequuntur Host. num. 7. vers. Quid ergo obijciatur, Joan. Andr. num. 10. vers. Dixit etiam, & Abbas num. 9. vers. Ex quo etiam inferitur, quicquid contra scripserit Bart. in l. Titia, num. 5. ff. solut. matr. licet quod dictum est de perjurio, Joan. Andr. non credat verum, & remittit ad ea, quae ipse notat in c. fin. de foro compet. lib. 6. super ult. gloss. de quo vide plenissime Petr. de Anchar. in cap. Ea quae, in 3. quasi. de reg. jur. lib. 6.

30 Aut queritur an ex incidentia causae prorogetur iurisdicatio iudicis ad speciem non omnino diversam, sed alterius naturae, saltem quoad habitum, nec altioris, sed in inferioris gradus: & ad illam speciem prorogatur iurisdicatio: Ideo quae si quaestio temporalis incidat coram iudice ecclesiastico, vel per reconvencionem, utique poterit de illa ecclesiasticus cognoscere; quia iurisdicatio ecclesiastica superior est temporalis, & quia habitu in temporalibus iurisdictionibus est penes Ecclesiam, cap. Causam, qui sibi sint legit. cap. Novit, de iudic. ac proinde causa temporalis incidenter, circumscripta causa sanguinis, potest tractari coram ecclesiastico, ut hic per Butr. num. 17. Ad diversam autem speciem, Abb. num. 9. vers. Secu autem in his, & tenent Innocentius, Hostiensis, & Joan. Andr. supra citati num. 18. Supra scriptam theoreticam possit Vincentius hic, qui distinguit inter causas, quae in sui natura sunt ecclesiasticae, seu de foro Ecclesiae, ut spirituales, matrimoniales, & consimiles; & inter eas, quae solum ex accidenti, & ratione personarum possidentium spectant ad iudicem ecclesiasticum, ut est causa possessionum Clericorum. Prima nec incidenter, nec per reconvencionem tractari possunt coram iudice laico: Secunda vero possunt, ut per eum, cuius distinctionem simpliciter sequuntur hic Joan. Andr. num. 10. vers. Dixit Vincentius, & Butr. dicit num. 17. vers. Quandoque incidit, sentit ergo Vincentius ratione incidentiae, vel per reconvencionem causas Clericorum, quae non sunt spirituales, vel quasi tractari posse coram iudice seculari.

34 Verum Abbas d. 9. vers. Et quod dicit, approbat quidem sententiam Vincentij quoad incidentiam causae; ideoque si Clericus civiliter agat contra laicum in foro seculari, & reus opponat, quod Clericus actor sit filius suus, & sit causa, in qua pater non potest si filio conveniri; utique de hoc incidenter iudex laicus poterit cognoscere, quia nihil obstat secundum eum. Sed quoad reconvencionem secus putat, quia illa est secunda conventio, & super illa principaliter pronuntiatur; unde remittit ad ea, quae scripserit in c. At si Clerici, de iudic. ubi num. 21. vers. Restat ergo, recitat opiniones, & in utramque partem disputat articulum, an in causa merè civili procedat reconvencio Clerici coram iudice seculari: & post prolixam examinationem concludit pro parte negativa.

35 Ceterum contrariam opinionem sequuntur glossae, & magis communiter Doctores, quae etiam servaturae consuetudine, ut testatur Joan. Andr.

Andr. in d. c. At si Clerici, & cum articulus sit valde dubitabilis propter varietatem opinionum, huiusmodi consuetudo attendenda est, ut idem Abbas fatetur ibidem num. 25. vers. Sed ego. vide tu novissime Carol. de Grass. in suo tractatu de offi. Clericis, effi. 1. num. 74. ubi pro regula firmat Clericum posse reconveniri coram iudice laico, & plurimis relatis testatur eam esse veriore, & magis communem, eamque sex modis ampliat, & octodecim limitat.

Ulterius QUERO, an iudex laicus possit incidenter cognoscere de causa legitimitatis, si controversia non in iure, sed in facto consistat.

In hoc articulo duae sunt Doctorum opiniones. Prima est eorum, qui putant iudicem laicum esse competentem in incidenti legitimitatis quando non agitur de quaestione aliqua iuris, puta an matrimonium sit validum, sed tantummodo de quaestione facti, videlicet an matrimonium fuerit contractum, necne. Et huius sententiae prius fuit Bart. in l. 2. num. 4. ff. de iuris. omn. iudic. ubi ait, quaestione illam, an fuerit matrimonium inter patrem, & matrem alijus, esse super facto, nec esse causam spiritualem; & propterea illam posse expediri per iudicem secularem: secus si sit quaestio iuris, puta quia posito facto pro constanti, est quaestio, an inter eos potuerit esse matrimonium; quia haec quaestio spiritualis est, nec de illa potest iudex laicus se intromiciter; & ita intelligit hoc cap. & cap. Lator, infra, qui sibi sint legit. Id ipsum voluit idem Bart. in l. Quoties, num. 1. vers. Tam consuevi, C. de iudic. ubi dixit, an quis desponsaverit talem, necne, esse quaestionem facti, quae nihil habet spiritualitatis; & ideo spectat ad cognitionem iudicis secularis. Sed si esset contentio, an inter eos potuerit esse matrimonium, vel an sint aliqua verba quae matrimonium inducerent, hoc spirituale est: & ita loquitur praedicta cap. secundum eum Et idem dixit de usuris: nam si sit contentio super facto, puta, quia creditor dicit se numerasse totam summam in instrumento comprehensam; debitor dicit se non recepisse, nisi dimidiam; & aliam dimidiam fuisse adjectam in fraudem usurarium; ista quaestio est facti, in qua nihil est spiritualitatis; sed si partes consentent pactum, & solum dubitatur, an contractus ex tali pacto descendens sit usurarius, hoc spirituale est; & spectat ad iudicium Ecclesiae, ut in Clem. 1. de usur. licet ibi hoc non dicatur, sed ponatur exemplum, quando controversatur, an sit solutum, vel non, ut quia debitor, dicit se solvuisse, vel iustitiam esse de fructibus pignoris; de hoc enim cognoscit laicus, ut observat Cardin. hic num. 5. vers. Simile dicitur, de contractu usurario; & ante eum Feder. de Sen. cons. 96. Apparet quaedam lex, num. 2. Hanc Barroli opinionem sequitur hic Anton. de Butr. num. 17. vers. Haec verba, dicens, iudicem laicum de causa spirituali non posse incidenter cognoscere; & causam dici spiritualem, quae spiritualiter agitur, ut quia de iure spirituali controversatur; secus vero si de puro facto spiritualitatis accidenti, veluti si petenti haereditatem opponatur, quod non sit filius legitimus talis, & solum dubitetur an matrimonium contractum fuerit de facto: nam de hoc poterit cognoscere iudex secularis, exem-

pro contractus usurarii: nam si sit quaestio facti, videlicet an talis sic contraxerit, ne, quae omnem decidit iudex secularis: sed si sit facti in vertatur in dubium, an contractus sit usurarius, vel non, cognitio ad ecclesiasticum pertinet, ut notat Paul. de Eleaz. in Clem. 1. de usur. Et idem Butr. in cap. Cum sit generale, de foro compet. & ibi etiam Marian. Socinus alio adducens num. 19. vers. Secunda principalis opinio. Ergo limitet si sit controversia, an fuerit matrimonium ad decisionem articuli non spiritualis, nec a spirituali descendens, & ex cupus decisione nihil inferatur ad matrimonium substantiam, veluti si obijciatur, quod talis non fuerit in potestate, quia inter illum, & illam nunquam fuit matrimonium: iudex laicus poterit cognoscere ad finem hoc decidendi, secundum eum. Eadem opinio nem pluribus comprobatur, & ab obiectis tuetur Petr. de Anchar. in repet. cap. Ea, quae, in 4. quasi. de regul. jur. lib. 6. & sequuntur Gemma. cons. 66. Pro declaratione num. 4. Felin. in cap. Cum sit generale, num. 1. vers. In quibus colligit hoc generaliter, supra de foro compet. Stephan. Aut. in tract. de pot. facul. super Eccles. reg. 4. Fallen. 8. Ripa in cap. Determinum, num. 17. de iudic. Alexan. alios citans in l. Titia, num. 6. & 7. ff. solut. matr. ubi testatur hanc esse communem, & veram opinionem, & ibi Barbof. num. 36. Jason in l. Quoties, num. 6. C. de iudic. ubi etiam ait, illas sequi communiter Canonistas in hoc cap. Tuam, si certe dubitet. De communi etiam testatur Covarr. in epi. de sponsal. cap. 8. §. 12. num. 3. Villal. in comm. opin. ver. iudex secularis, num. 107. & seq. & alii apud Farinac. de inquisit. quasi. 3. num. 25. Alios complures referunt Menoch. in tract. de recuper. remedi. 15. num. 338. & novissime Carol. de Grass. in tract. de offi. Clericis, effi. 1. num. 403. & Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 54. num. 4. qui amplius putat, & non bene iudicem laicum posse cognoscere, an matrimonium sit clandestinum, quasi hoc sit quaestio facti, & non iuris.

39 Est et simile incausa decimatum: nam si Rector petat decimas a laico, & laicus excipit, quod non tenetur solvere, quia privilegiatus est a Papa, vel quia tenetur solvere Matrioni Ecclesiae, & non Capellae; vel allegat compositionem factam auctoritate Superioris, vel quia petitur decima de talibus rebus, de quibus laicus negat decimas deberi; & sic est quaestio de iure solvendi. In his, & similibus casibus quaestio ad forum Ecclesiae est referenda: in autem non sit quaestio de iure decimandi, veluti si Rector agat contra praedonem frumenti, vel emptorem, quia frumentum non erat decimatum; & sic transtulit cum onere suo, ut in cap. Pastoralis, de decimis hoc casu dubium non est quin iudex secularis contra laicum possessorem possit cognoscere. Et idem dicendum si Rector petat res sacras ad Ecclesiam pertinentes sibi subtrahat, vel ab aliquo detentas: vel si Rector petat laicum compelli ad solutionem decimarum subtrahat, vel ad illius estimationem ab eo, qui tenetur solvere decimas; & sic sola compulso possulari, quae in facto consistit. His enim casibus bene potest Rector Ecclesiae adire iudicem secularem. Ita ex facto respondit Feder. de Sen. cons. 245. incip. Domino Andree; per tot. maxime num. 3. vers. Sine praedicio. Et idem dixit cons. 96. Apparet

quedam lex, num. 3. vers. Sic dicam: quem refert, & sequitur Anchar. hic num. 13. Facit quod notat Joan. Andr. in addit. Specular. in tit. Qui filii sunt legit. ver. tria iudicialia, littera L, ubi quod si petatur uxor ut uxor, & non dubitatur de viribus matrimonii, hac causa tractari poterit coram iudice seculari, prout eum sic refert Butr. num. 20. vers. Et hoc dicit: Quinimo Bart. in d. l. Tria, num. 5. ff. solut. matrim. amplius videtur voluisse, ut etiam dubitetur de substantia matrimonii, hoc est, an legitima sint nuptia ad effectum legitimitatis filii, cum non deciditur questio matrimonialis, nec aliqua ex illa descendens quae sit spiritualis, sed omnino ab illa separata, poterit iudex secularis cognoscere; alias sequetur, ut nec possit cognoscere de excommunicatione, sacrilegio, aut haeresi si opponeretur, secundum eum. Sed certe dictum Bartoli non admitterent Canonistae, ut inquit Butr. num. 20. vers. Sed plus sentire, & de exceptione excommunicationis satis dictum est supra num. 28. Et longe minus admitterent quod ait Cynus in l. Si contra, & l. Si vivens, C. de nupt. in l. Cum Ancillus, C. de inest. nupt. & in l. In C. de inest. matr. videlicet quaelionem legitimitatis spectare ad iudicem saecularem in quantum agitur in finem hereditatis temporalis. In hoc enim Cyn. male loquitur, & contra Canones, ut hic per Butrium d. num. 20. vers. Licet Cynus.

41 Contrariam opinionem arbitror esse communem, ac de iure verior, quod sit communis patet, quia illam sequitur primò hic iuris Canonici illuminator Joan. Andr. nu. 9. ubi ait, (questionem nativitatis ad iudicem ecclesiasticum pertinere, cum aliqua incidit dubitatio circa matrimonium an fuerit legitimum, an non. Si verò nulla de hoc dubitatio defertur, ut si petenti hereditatem coram iudice seculari possessor opponat, quod non sit filius illius, cuius hereditatem petit, sed alterius, & sic dubitatur de facto, an scilicet filius, vel illius sit filius, tractabitur hac nativitatis questio coram iudice, coram quo incidit, l. 2. C. de ordinari. iudic.) Hac Joan. Andr. qui ut vides clarè distinguit, an questio facti implicet solam dubitationem filiationis, an scilicet actor sit filius illius, vel alterius: & tunc iudex laicus cognoscet, an verò implicet dubitationem circa matrimonium; & tunc non solum si dubitatio sit circa ius, videlicet an matrimonium sit legitimum, sed etiam si sit circa factum, id est, an matrimonium de facto fuerit celebratum, cognoscet solus iudex ecclesiasticus: allegat Goffredum idem d. centum, & subdit, idem tenet Hostiensis hic, qui num. 7. eod. modo distinguit questionem facti circa legitimitatem, seu matrimonium à questione facti circa filiationem, ita ut in secundo casu tantum cognitio sit iudicis secularis: eodem modo loquitur Archid. in cap. Bene quidem, num. 8. 96. dist. fin. dicens iudicem laicum non posse de causa matrimoniali etiam incidenter cognoscere, quando super questione natalium aliqua incidit questio, seu dubitatio circa matrimonium: Secus si dubitetur de facto an quis sit filius huius vel alterius, & similiter allegat Goffredum, neque ab hac distinctione dissentit Feder. de Sen. conf. 96. incipiens. Apparet, num. 3. vers. Sed dicebat Ioann. Andr. Quam etiam amplectitur Cardin. bis

in gloss. ult. num. 5. dicens, cognitionem natalium ad iudicem ecclesiasticum, filiationis verò ad laicum pertinere, & apertius Bellam num. 3. in opposit. ubi ait: Cum quaeritur, an de questione nativitatis possit cognoscere iudex secularis, distinguere habes, quia aut incidit questio circa matrimonium, an fuerit legitimum, vel non; & tunc indubitatum est, quod solus ecclesiasticus iudex de hoc cognoscet, & iudicabit. Aut nulla de facto dubitatio defertur de hoc, sed de filiatione; id est, an petens hereditatem sit filius istius, vel alterius; & tunc coram iudice seculari hac nativitatis questio tractabitur, coram quo incidit. Et sequitur hic Petrus de Anchar. num. 12. vers. Propter hoc Bart. ubi contra Bart. videtur tenere opinionem Baldi magistri sui, licet subdat, quod stante consuetudine, secundum quam sunt quotidie probationes super matrimonio coram iudice laico, potest etiam de iure defendi, ut valeant non tanquam probationes factae in iudicio, sed tanquam probationes factae extra iudicium ad indagandam veritatem, & pro informatione iudicis. Similiter Imol. hic num. 7. vers. Sed adverte, asserit Joan. Andr. tenere contra Bart. & Butr. nam vult ut qualitercumque sit questio de matrimonio, & sic sit questio an sit contractum, neque, ista questio sit tractanda coram iudice ecclesiastico, per istum textum, & subdit quod idem videtur voluisse Bald. in l. Omni, C. de sacros. Eccles. Et propterea hac opinio servaretur in practica. Rursus verba Joan. Andr. recitat, & sequitur Abb. hic num. 10. Hoc etiam est ex mente Innocentii hic num. 1. vers. Sed hoc potest esse, dum ait, inter alios non fuisse matrimonium, non hominem, sed solum Dei Vicarium posse iudicare: Verba enim illa, non fuisse matrimonium, magis respiciunt dubium facti, quam iuris.

42 Similiter paulò infra docet in causa legitimitatis coram iudice ecclesiastico sic posse formari libellum, videlicet, Cùm pater meus non fuerit maritus talis Domine, de quo genuit talem, peto ut iudicetis eam non legitimam. Pondera ista verba, Cùm pater meus non fuerit maritus, quae itidem non ius, sed factum ipsum respiciunt. Et nihilominus Innocentius censet hunc articulum esse tractandum coram iudice ecclesiastico, id ipsum est ex mente Speculatoris in tit. de Reconvensione, §. 2. num. 2. ubi ait iudicem laicum nec incidenter posse cognoscere de causa matrimoniali, quando contentiose agitur an aliqua sit uxor, vel non, & partes hoc volunt probare, sed causam esse ad Episcopum remittendam. Et subdit idem tenere Vincentium in cap. Tria, §. primo, de decim. Et hanc declarationem Speculatoris sequitur Bald. hic num. 1. allegari etiam possunt pro hac sententia Calder. & Anchar. ut dicam infra num. 5. eamque ex professo tuetur Decius in d. cap. Decernimus, §. num. 188. de iudic. licet Alex. assertionem sequatur, per quem crederet contrariam esse communem.

Ex quibus, ut faller, evidenter apparet hanc esse opinionem Canonistarum ferè omnium, & haec innotuit fuisse Jafonem in d. l. Quoties, num. 7. C. de iudic. dum dixit contrariam opinionem sequi communiter Canonistas in hoc cap. Tuam: nam verò illam hinc non sequitur, nisi solus Anton. de Butr. ut clarè ostensum est supra num. 2. & pate-

patebit infra num. 61. De Legitis verò quamvis parum sit curandum, cum hac sit inestis Canonistarum: tamen contra Bart. tenet Baldus in l. Quoties, num. 5. C. de iudic. ubi concludit sive questio sit facti, sive iuris, cum sit ecclesiastica, non pertinere ad iudicem saecularem illius disceptationem, vel iudicium, etiam incidenter. Et loquitur tam in questione natalium, quam usurarum, & infra num. 5. format hanc questionem. Pone quis accusatur de adulterio coram iudice seculari oportet probare matrimonium: coram quo iudice huiusmodi probatio sit faciendae? allegat Bart. dicentem hanc probationem fieri debere coram iudice seculari; quia hac est mera facti inquisitio, quae ad eum pertinet; alioquin paucae lites essent, quas iudex laicus possit per se expedire, quod esset absurdum. Sed tandem Bald. concludit oppositum, quia cum ista causa incidens sit causa spiritualis, & pertineat ad diversum forum: de iure canonico articulus ille necessarius est probandus coram Episcopo secundum regulas Canonistarum. Idem firmant Raphael Cuman. Imol. & Dec. in d. l. Tria, §. solut. matr. & ibi etiam Roman. sibi generaliter ait, omnem causam spirituales sive incidat questio facti, sive iuris, pertinere ad iudicem ecclesiasticum. In eadem sententiam; id est, iudicem laicum non posse cognoscere de causa matrimoniali, etiam si incidat questio facti, magis propendit Covarr. in 4. Decretal. in 2. part. cap. 8. §. fin. num. 3. & eam tenet, & late defendit Bolognet. in l. 2. num. 42. & 43. §. segg. ff. de iurisdi. omnium iudic.

43 Quod autem hac opinio sicut est communis, ita etiam sit de iure verior, probatur primò in hac Decretali, ubi causa natalium dicitur simpliciter ad forum Ecclesiae pertinere, nec distinguitur an sit questio iuris, vel facti. Nec urget consideratio Ancharani in cap. Ea qua, in 4. questio. vers. Eodem modo ut credo, de regul. iuris libro 6. & Barbof. in l. Tria, num. 36. ff. solut. matr. videlicet quod hic textus loquatur in Regina Cypry, quam non est verisimile natam fuisse ex perionis, de quibus dubitaretur, an de facto contraxissent matrimonium, quod inter Regem, & Reginam non poterat esse nisi notorium, sed solum an fuisset legitimum, fortè propter impedimentum, quod inter parentes poterat esse occultum; & sic vertebatur questio iuris, non facti.

44 Quoniam hoc est divinare, & fortè communiter credebatur inter parentes Reginae matrimonium intercessisse; & ita in Regno de hoc non erat dubium, sed tamen adversarius contendebat de tempore nativitatis Reginae inter eos non fuisse matrimonium, puta quia post illius nativitatem pater deponerat uxorem secreto, ut ejus famæ esset consultum, neve fieret commotio in Regno. Et fortasse successio in Comitatu Campaniae requirebat, ut filii essent nati, & concepti ex legitimo matrimonio, quo casu non admittuntur legitimi per subsequens, quia vitium est in radice, secundum opinionem, quam sequitur Rota, ut apud Card. Seraph. decis. 1300. in fin. & in causa Parmen. Statum, 26. Martii 1618. coram Cardinali Sacrato. Et sic potuit esse questio facti, non iuris: & alii etiam casus potuerunt contingere, quos satis est fuisse possibiles, ut

textus sit generaliter intelligendus. Secundo pro hac opinione pondero textum in cap. Per tuam, infra, Qui filii sint legit. ubi non controvertebatur an matrimonium esset validum necne, sed an fuisset contractum; & ideo receptis testibus iudex comprobavit matrimonium fuisse contractum in Capella S. Sergii, & licet factio facti incidenter obiecta ad effectum successiois: & tamen causa à iudice laico fuit remissa ad Ecclesiasticum, ut ibi notat gloss. in ver. Commisum.

45 Tertio pro hac parte validissimè stringit textus optimus in cap. Si iudex laicus, de sentent. excommuni. libro 6. ubi solum erat questio in facto, videlicet an deprehensus in crimine esset clericus, necne, & sic an fuisset ordinatus; & tamen de hac questione facti non cognoscit iudex laicus etiam incidenter, ut ibi deciditur. Ergo idem dicendum in questione facti an matrimonium fuerit contractum, vel non: non enim est minus spiritualis, & de foro Ecclesiae causa matrimonii, quam sit causa Ordinis, cum utrumque sit Sacramentum novae Legis à Christo Domino institutum, & gratiam conferens, ut dixi supra num. 10. Unde licet questio facti, an quis fuerit ordinatus est ecclesiastica, & spiritualis, ut deciditur in d. cap. Si iudex: ita & questio facti an matrimonium fuerit contractum. Et hac ratione, quem esse excommunicatum, haereticum, vel simoniacum, sunt questiones facti; & tamen de illis iudex laicus nec incidenter cognoscit, quia spiritualis sunt secundum Vincentium, & alios supra citatos num. 28.

46 Verum Anchar. in d. cap. Ea qua, num. 10. circa finem, vers. Ad hoc dico, de regul. iuris, libro 6. ut evaderet decisionem dist. cap. Si iudex laicus, excogitavit subtilem distinctionem, dicens spiritualia dupliciter considerari. Quaedam enim sunt spiritualia, quae nullo modo cadunt in laicum activè, ut eligere, Ordines conferre, excommunicare, Ecclesias possidere, & similia: & de his etiam sit questio super facto, nec incidenter cognoscit iudex laicus. Et in his terminis procedit textus in dist. cap. Si iudex, & alia exempla superius adducta; quia nec in suis subiectis illa cadunt quoad omnem effectum activè. Quaedam verò sunt spiritualia, quae cadunt in laicos etiam activè, ut matrimonium contrahere, liberos procreare, & huiusmodi. Et in his sit questio super facto, laicus videtur iudex competens, quoniam ejus rei sui subditi sunt capaces; & propterea de juramento, & usura, quae sunt in usu laicorum, si sit questio facti, iudex laicus potest cognoscere, ut idem Anchar. firmavit in d. cap. Ea

47 qua, in 2. & 3. questione. Quaedam denique non sunt spiritualia, sed spiritualibus annexa, ut juspatronatus; & haec quamvis activè cadant in laicum, tamen quia id eis conceditur ex gratia idcirco de hac gratia illius iudex, scilicet ecclesiasticus, cognoscit. Confirmat Anchar. suam distinctionem ex participatione in punitione criminum, quam habet iudex secularis cum ecclesiasticis; nam licet sint crimina ecclesiastica, tamen Ecclesia habet iudicem laicum pro competente, ut in cap. Cùm sit generalis, de foro comper. Cùm enim cadant in laicum activè, meritò iudex laicus potest in eum animadvertere. Fal-

48 lit secundum eum in crimine haeresis, quia est

merè ecclesiasticum, ut dicitur in cap. *Ut inquisitionis*, §. *prohibeantur*, de *heretis. lib. 6.* Hæc igitur est ejus conclusio, quod spiritualia, vel spiritualibus annexa; quæ per viros ecclesiasticos conferuntur; & ministrantur; & de quibus ipsi tantummodo sunt capaces activè, & passivè, sunt de foro Ecclesiæ præcisè etiam incidenter mota: in illis verò spiritualibus, de quibus activè laici participant, ut sunt matrimonia, juramenta, crimina, & consilia iudex laicus est competens, cum est questio super factò: quam distinctionem sequuntur Arnold. Albertin. in *tratt. de agnosc. asser. Cathol. quest. 2. num. 54.* Farinac. de *inquisit. quest. 8. num. 20.* & Carol. de *Grass. de effect. Cleric. esset. 1. num. 403.* ubi alios allegat.

49 Sed cerè hæc distinctio videtur magis subtilis, quam vera: non enim subsistit secundum membrum, quod in spiritualibus, quæ cadunt in laicum activè, iudex secularis sit competens cum est questio super factò: nam de infantia, de simonia, quæ procul dubio cadit in laicum activè, cap. *Reperuntur*, 1. *quest. 1.* cap. *Cum essent. infra de simonia.* & tamen de questione facti an laicus sit terminatus, iudex secularis non cognoscit etiam incidenter, secundum opinionem Vincentii, quam sequuntur omnes, ut dictum est supra num. 28. Similiter de questione facti etiam incidenter mota, an quis sit intrusus, iudex laicus non potest cognoscere, ut dixerunt idem Vincentius, & alii supracitati eodem num. 28. & tamen intrusio cadit in laicum activè, sicut in ecclesiasticum, cap. *Si quis ex Episcopi*, 79. *dist.* cum simit. De crimine autem heretis hoc fatetur Anchar. quia nec super factò iudex secularis est competens, & est text. in cap. *Secundum Apostolum*, de *heret. lib. 6.* Nec relevat replicatio, quod simonia, & heresis sunt crimina merè ecclesiastica, ut ex præalleg. §. *Prohibemus* nam ergo dico, & causâ matrimonii est merè ecclesiastica, ut fusiòstenfuit est supra in 1. *notab.* Ergo ex eo quod matrimonium cadat in laicum activè, non sequitur, ut iudex secularis possit cognoscere, cum incidit questio facti, sicut non sequitur; Simonia, & heretis cadunt in laicum activè; ergo in illis super factò iudex secularis est competens. Quid plura?

51 Baptismus absque dubio cadit in laicum activè, quia laicus etiam Paganus, & Judæus validè baptizatur, cap. *Romanus*, de *consec. dist. 4.* cum concord. & tamen iudex laicus non audeat cognoscere de questione facti an quis fuerit baptizatus, necne, arg. cap. *ult. in fin.* cum ibi notatis, *infra de Presb. non baptiz.* & cap. *Si quis per ignorantiam*, 1. *quest. 1.* Ergo non idem in matrimonio, quod est Sacramentum magnum? cap. *Debitum*, de *bigam.* Concil. Trid. *sess. 24. de Sacram. matrimonii. cap. 1.* & quamvis sit contractus civilis, tamen postea quam fuit à Domino elevatus in Sacramentum, prorsus evadit omnem potestatem secularem, ut plene scripsi in cap. 1. *na. 2. 1. inf. de cognat. spirit.*

52 Ex his patet non esse faciendam vim an materia cadat in laicum activè, vel passivè, sed tantummodo an res, circa quam incidit questio facti, sit spiritualis; quia tunc nec de ipsâ questione facti iudex laicus potest cognoscere. Et hoc aperte innuit littera d. cap. *Si iudex*, de *sentent. exco. lib. 6.* nam dum decedit iudicem laicum

non posse cognoscere de questione facti an quis fuerit ordinatus, eam reddidit rationem, quia est de re ecclesiastica, & spirituali, de qua, ut ibi ait gloss. in ver. *Spiritualis*, iudex laicus nec principaliter, nec incidenter potest cognoscere: & allegat in specie textum nostrum, non obscurè sentiens hæc duo capitula à pari procedere, ita ut sicut laicus non potest incidenter cognoscere, de questione facti an Ordo fuerit collatus, ut in d. c. *Si iudex*, ita nec de questione facti an matrimonium fuerit contractum, ut hic.

53 Et stringitur argumentum, quia textus in d. c. *Si iudex*, locum habet non tantum super questione facti an quis sit Clericus, sed etiam super questione an captus in celsis in habitu, & tonsura, & sit remittendus ad iudicem ecclesiasticum, quæ nimis videtur habere spiritualitatis annexum: & nihilominus de hac questione facti non cognoscit nisi iudex ecclesiasticus, ut ex communi sententia late probat Covarr. *pract. quest. cap. 33. num. 1.* & alii censuit Sac. Congregatio Cardin. Trident. Concilii Interpretum. Ergo multò magis debet cognoscere iudex ecclesiasticus de questione facti, in qua immediatè agitur de ipso matrimonii Sacramento, scilicet an fuerit contractum.

54 Rationem hujus conclusionis assignat Decius in cap. *Decernimus*, num. 188. *vers.* *Sed contra communem*, supra de *judic.* nempe quia ex factò jus oritur, *1. Si ex plagis*, §. *ult. ff. ad leg. Aquil.* Unde questio juris à questione facti videtur separari non posse; Ad facti enim questionem sequitur questio juris, & questio facti necessariò habet mixturam, & complicationem inseparabilem cum juris questione, ut Fulgos. tradit *conf. 133.* incip. *in questione circa finem.* Et ratione connexitatis, & mixturæ hoc totum est deferendum ad iudicem ecclesiasticum, tanquam digniorem, cap. *Quanto*, supra de *judic.* & in simit. notat Barr. in 1. *Præcipimus*, §. *Eodem observanda* num. 1. *c. de appellat.* Rursus questio facti ad questionem juris ordinatur. Unde de illa idem, quod de questione juris est iudicandum, ut idem Barr. tradit in simit. in 1. *Solent*, num. 1. *q. ff. de adm. & cib. legat.* Non obstat responsio Jasonis in 1. *Quoties*, num. 7. *c. de judic.* quam dicit verissimam Ripa in dict. cap. *Decernimus*, num. 17. videlicet quod licet ex factò oriatur jus, non tamen oritur jus spirituale, de quo contenditur: & quamvis causa facti spiritualis sit, tamen de causa facti non disceptatur, sed de ipso factò; & hinc apparet questionem facti esse separabilem à questione juris, licet questio juris à factò separari non possit. Id, inquam, non obstat, quia contrarium convincitur ex dict. cap. *Si iudex laicus*, de *sent. exco. communi. lib. 6.* ubi questio facti an quis sit Clericus dicitur esse de re ecclesiastica, & spirituali, & propterea ad iudicem ecclesiasticum pertinere; & tamen ibi non disceptatur de causa facti, scilicet de Ordine ipso, sed solum de factò, id est, an Ordo fuerit collatus. Ergo quando causa facti est spiritualis, etiam factum ipsum propter connexitatem reputatur spirituale, & spectat ad forum Ecclesiæ.

55 Rursus non obstat, quod in causa usurarum iudex laicus sit competens cum incidit questio super factò, ut in contrariis: nam respondetur primo hæc esse arduam questionem, in qua sunt

sunt variæ Doctorum sententiæ, quas examinat Marian. Socin. in cap. *Cum sit generale*, num. 19. *vers.* *In ea glossa*, ibi *usurarium*, supra de foro compet. & nihil concludit, sed cogitandum relinquit: & tres principales opiniones profertur ibi Felin. num. 1. Sed esto verior sit illa opinio, quod iudex laicus possit procedere ubi questio facti est omnino abstracta à questione juris, quam dicit communem, & sequitur Abb. in dict. cap. *Cum sit generale*, num. 17. Tunc dico non licere arguere à causa usurarum ad causam matrimonii, seu legitimitatis: quia causa usurarum à plerisque dicitur esse mixti fori, sicuti per juri, sacrilegii, & adulterii: & propterea in predictis criminibus iudex laicus est competens non solum incidenter, sed etiam principaliter, & est locus præventioni, ut notant omnes in d. cap. *Cum sit generale*, & scripti plene in cap. 1. num. 39 *infra de adulter.* At causa matrimonii, seu legitimitatis est merè ecclesiastica, & de foro Ecclesiæ, & de illa nec principaliter, nec incidenter iudex laicus potest cognoscere, ut est textus rotundus hic, & in cap. *Lator*, & cap. *Causam*, 1. *se. conda. infra, qui filii sunt legit.* & abundè ostensum est supra in 1. *not. & num. 45.* Ergo non est simile. Et pro hac differèntia adduco in terminis Calder. in *conf. 3. An causa usurarum de judic.* ibi enim concludit iudicem laicum posse incidenter cognoscere de crimine usurarum, si questio sit super factò, & non super jure, quia causa usurarum non est merè spiritualis, sed mixta, sicut sacrilegium: & sub num. 1. constituit differèntiam inter causam usurarum, & questionem legitimitatis, cujus cognitionem dicit includere causam spirituales, quæ est iudici laico prohibita: & allegat hoc cap. cum concordat. & eod. modo loquitur Petr. de Anchar. *conf. 236. In habendo argumento*, n. 2. *vers.* *Sed quod etiam.*

56 Rursus non obstat, quod si hæc opinio vera esset, non posset salvari communis practica, quæ habet ut super matrimonio quotidie fiant positiones coram iudice seculari, quod talis, & talis fuerunt maritus, & uxor, & quod talis est eorum filius legitimus, ut attestatur Anchar. in d. cap. *Ea qua*, in 4. *quest. vers.* *Et si hæc opinio de regal. jur. libro 6.* Essent enim ipso jure nullæ, quia coram iudice non tenet probatio, non tenet coram eodem facta confessio, cap. *At si Clerici*, de *judic.* Nec tollit obicem responsio Baldi in dict. 1. *Quoties*, num. 4. de *judic.* quod si pars sponte respondeat, & fateatur matrimonium coram iudice laico, tenet confessio. Sed si potius velit remitti ad Episcopum, non cogitur respondere, ex notatis per Innoc. in cap. *Per inquisitionem*, de *elect.* & in cap. *Pisanus*, de *rescrit. spoliat.* ubi quod valet confessio, licet processus sit inordinatus, & per Specul. in *tit. de reconvent. §. 2. numer. 2.* ubi quod textus noster habet locum quando proceditur per viam disceptationis, scilicet si nulla sit contentio, vel disceptatio. Quoniam ut replicat Anchar. in d. *quest. 4. vers.* *Postremò dixi*, & Dec. in d. cap. *Decernimus*, num. 186. de *judic.* cum laicus sit incapax spiritualium, cap. *Quanto eod. tit. cap. Sacrosancta*, de *elect.* prædicta confessio utcumque spontanea non valet, quia consensus partium in his nihil operatur, nec potest incapacitatem iudicis removere, cap. *Si diligenti*, de *fora compet.* Et dictum Speculat.

non videtur probabile secundum eos, nec conseruendo in his spiritualibus quicquam operatur stante incapacitate iudicis laici, cap. *Massana*, & dict. cap. *Sacrosancta*, de *elect.* Sed huic objectioni ergo respondeo communem practicum hoc casu salvari posse in vim consuetudinis, quia negari non potest quin principalis questio utrum iudex laicus possit recipere probationes super factò an matrimonium sit contractum, reddatur valde dubitabilis ex tantorum Doctorum opinionibus argumento eorum, quæ notat gloss. in cap. 1. in ver. *Probabilior*, de *posul. Pral. lib. 6.* & gloss. 1. in 1. *Regula*, ff. de *jur. & facti ignoran.* Ergo consuetudo attendenda est, cum sit optima legum Interpret. cap. *Cum dicitur*, de *consect.* 1. *Si de interpretatione*, ff. de *legib.* Ad quod allego Abb. in cap. *At si Clerici*, num. 25. *vers.* *Sed ego de judic.* ubi quamvis teneat iudicem non esse competentem in causa civili reconventionis contra Clericum: tamen concludit valere contrariam consuetudinem, cum ille articulus sit valde controversus, ut retigi supra num. 35. Item jura, quæ tollunt consuetudinem, non videntur tollere interpretativam, ut dixi in cap. 1. *na. 35. & 36. sup. de consecr.*

Nec prædictis obstat consideratio Bartol. & Anchar. quod si hæc Decretalis intelligeretur etiam in questione facti, paucæ lites essent, quas iudex secularis posset per se expedire, & sequeretur correctio multarum legum, quæ tractant de patria potestate, vel de ejus effectu, ut sunt tractatus de exilientia sui hæredis, de liberis exhibendis, & educandis, de liberis agnoscendis, item tractatus de acquisitione usufructus in bonis filii, & ipsorum administratione: omnes enim hujusmodi causæ, in quibus revocaretur in dubium matrimonium, à quo causatur patria potestas, ex quo descendunt præditi, & alii infiniti effectus, essent de foro Ecclesiæ, & sic per hunc modum indirectum infinitæ causæ laicorum deducerentur ad ecclesiasticum forum, & per consequens tota iurisdicção secularis absorberetur: quod esset valde absurdum. Quoniam ut formaliter respondet Bald. in d. 1. *Quoties*, num. 5. *vers.* *Aliis nisi sic*, c. de *judic.* cum ita causa incidens sit causa spiritualis, & pertineat ad diversum forum de jure Canonico, articulus iste necessariò est probandus coram Episcopo, secundum regulas Canonistarum. Nec propterea sequuntur absurda, quæ Anchar. considerat: nam, ut inquit Innoc. *hic circa medium*, certus præfigetur terminus à Papa, vel alio Superiore, infra quem iudex ecclesiasticus natalium questionem profertur, & de hæreditate nullatenus se intromittat, sed Regi dimittat: quod matrimonium clarè in cap. *Lator*, *Qui filii sunt legit.* atque ita in nihilò absorberet iurisdicção secularis, sed solum ad modicum tempus suspenditur.

Ex contrario autem multò plures sequerentur absurditates: nam plerumque oporteret coram iudice laico disceptari de questionibus an ad matrimonium probandum requiratur vera probatio per desponationem in facie Ecclesiæ: an verò sufficiat præsumpta: & in specie an probetur per annuli subarationem, vel per instrumentum dotis; Item an probetur per famam vicinæ, vel per confessionem, & tractatum conjugum; & quid si fama opponatur confessioni,

& tractatu, vel è converso; item an probetur ex copula subsequuta post sponsalia, vel ex ostolis, amplexibus, & muneribus; anve ex tradicione mulieris ad domum viri post sponsalia de futuro; an ve testes super his recipiendi debeant esse omni exceptione majores. Hujusmodi enim articuli non respiciunt questionem juris an matrimonium sit validum, sed questionem facti an matrimonium fuerit contractum; & ideo si de his testes deponerent, utique oporteret judicem laicum cognoscere an inde resultaret matrimonii probatio: & tamen nemo sani capitis non videt quam sit absurdum, & hæc, & consimiles questiones discutiantur: & terminentur in foro seculari.

61 Poltremò non obstant Auctores citati pro contraria sententia: nam de auctoritate Bart. alioquin gravissima non multum est curandum, cum hæc materia sit decidenda secundum regulas Canonistarum: & nihilominus illi opponitur Baldus, & alii complures Juristi citati n. 43. Ex Canonistis vero Joan. Andr. ad Speculat. supra citatus num. 40. debuit potius allegari pro hac sententia: nam declarans dictum Goffredi, quod si uxor sui controversiam facit marito illam repenti, locum habeat officium judicis etiam secularis, dicit hoc esse intelligendum, ubi matrimonium sit contractum, officium judicis secularis locum non habet, Gemin. quamvis videatur sentire pro opinione contraria; tamen innititur auctoritati Goffredi, & Joan. Andr. qui clare dicunt oppositum ejus, ad quod per eum allegatur Felinus disputat questionem de usura, & inde infert ad matrimonium absque ulla articuli discussione, & tamen casus non sunt similes, ut ostensum est supra n. 57. Marian. Socin. similiter non loquitur de questione facti super matrimonio, sed super usura. Et ita etiam loquuntur Auctores citati ab Alexan. & Menoch. & præcipue Abb. in cap. Post miserabilem, in 1. notab. de usur. & in c. Cum sit generale, n. 17. de foro compet. Covarr. potuisset aptius allegari pro hac sententia, quia tandem concludit consensu fore, ut pars, cuius interest, petat à iudice ecclesiastico, ut sibi assumat cognitionem an matrimonium sit contractum, & iudici laico inhibeat, quod etiam consilium Gerardus sing. 96. Anchar. verò hic videtur voluisse contrarium ejus, quod voluit in d. cap. Ea que, ibi enim tenuit coram iudice laico posse fieri probationes super matrimonio etiam quando contentiose agitur an matrimonium sit contractum; & reprobat dictum Speculatoris, qui dicebat iudicem laicum non posse cognoscere de causa matrimoniali, quando contentiose agitur an aliqua sit uxor, vel non; sed solum quando nulla est contradictio, vel disceptatio: hic verò tenuit hujusmodi probationes tantum valere uti facta extrajudicialiter. Itaque ex Commentatoribus solus Anton. de Butr. ex professo amplectitur opinionem contrariam, cui ego oppono Goffredum, Holt. Joan. Andr. & reliquos Canonistas ferè omnes. Ex quibus patet non esse tutum in practica ab hac opinione discedere.

DE CAUSA POSSESSIONIS & PROPRIETATIS.

Cap. Cum Ecclesia.

S Y M M A R I V M.

- 1 Possessorio, & petitorio si spoliatus simul agat & possessionem, & spoliationem probet, sed non dominium obtinet in possessorio, sed succumbit in petitorio.
- 2 Spiritus sancti invocatio non est de substantia electionis, nec de jure, sed ex laudabili consuetudine introducta.
- 3 Missa non est de forma electionis Papa.
- 4 Solemnitatis levis omisio actum non vitiat.
- 5 Hymni Te Deum laudamus decantatio non est de substantia electionis.
- 6 Inventarium non vitiat ex omissione signi Crucis.
- 7 Unanimiter fieri dicitur quod sit nemine discrepante.
- 8 Concorditer fieri non dicitur si vel unus contradicat.
- 9 Conventuali Ecclesia ex proprietate vocabuli dici potest Collegiata tam seculari, quam regulari, & num: 1.
- 10 Et quid ex communi usu loquendi.
- 11 Conventus dicitur Religiosorum, Capitulum secularium.
- 12 Petitorium, & possessorium per qua verba censetur cumulatum in eodem libello, & num: seq.
- 13 Consuetudinem intentionis videtur utrumque cumulare.
- 14 Petitorium, & possessorium an, & quibus casibus possit simul intentari.
- 15 Probatio plena per contrariam plenior conquisitur.
- 16 Probatio probationem non excludit nisi publicati attestatiombus.
- 17 Probans semiplene, alio nihil probante, dicitur plus probare, sed non plene.
- 18 Invenitum in supplementum defertur semiplene probanti.
- 19 Nisi adversarius habeat juram absentiam, aut jurare velit se non debere.
- 20 Testium fidei detrahitur si sunt variis, si vacillant, si fatagant probare negativam.
- 21 Negativa quid, quomplex qualiter coarctatur, & quibus modis probari possit, remissive.
- 22 Beneficium Apostolicum non intercessisse probatur ex registro, in quibus non reperitur descriptum.
- 23 Jus eligendi Episcopum una cum Canonice Ecclesie Cathedralis potest preteriri à Clericis inferiorum Ecclesiarum, etiam sine titulo.
- 24 Prescriptio cumulativa juris instituendi an requiratur titulum, & num: seq. usque in fin.
- 25 In Prescriptione juris eligendi titulus non requiritur, si sit cumulativa, secus si privativa, & num: seq.
- 26 In Prescriptionibus contra jus titulus est necessarius.
- 27 Prescriptio cumulativa non est contra jus, si actus sint simultanei, alio secum.

In fin.

- 28 Institutionum tres sunt species.
- 29 Institutio corporalis pertinet ad Archidiaconum de jure communi.
- 30 Institutio auctoritabilis non potest fieri ab Archidiacono.
- 31 Nec prescribitur sine titulo, aut immemorabilis.
- 32 Institutio collativa quamvis spectet ad Episcopum, tamen Canones non resistunt qui competat inferiori.
- 33 Prescriptio non habens vehementem juram resistantiam, titulum non requirit.
- 34 Mala fides non presumitur in eo, qui possidet jure non resistente.
- 35 Centenaria possessio titulum non requirit.
- 36 Et quoad hoc æquaturur immemorabilis.
- 37 Mala fides superveniens non interruptit prescriptionem tam completam.
- 38 In prescriptione juris instituendi scientia, & presentia Episcopi est loco tituli.
- 39 Error juris debet inflam causam prescribendi, & equaliter errori facit.
- 40 Enunciative antiquissima probant famam, qua est loco tituli.

1 CUM ECCLESIA SUTRINA. Si spoliatus possessorio, & petitorio simul agens, possessionem, & spoliationem probet, sed non dominium, obtinet in possessorio, sed succumbit in petitorio: hoc dicit secundum Joann. Andr. cui subscribunt omnes, & est Decretalis fertilissima habens materiam subtilem, & quotidianam, ut ait Ripa in princ. Dividitur in duas partes principales: In prima ponitur facti, & processus narratio: In secunda distinctio ibi, non igitur. Prima pars subdividitur in quinque, & secunda in duas, ut per Joann. Andr.

- 2 Nota primò ibi, ut moris est, invocationem Spiritus Sancti, quæ secundum Joann. Andr. hic in princ. fit per decantationem Hymni, Veni Creator, vel Missæ de sancto Spiritu, non esse de substantia electionis, nec de jure, sed ex laudabili consuetudine introductam. Ad hoc cap. Quia propter, supra de elect. & hic firmant Abb. & Ripa uterque in 1. notab. Neque obstat quod in Constitutione Gregorii XV. quæ incipit, Aeterni Patris Filius, in §. Matura itaq, cautum sit electionem Romani Pontificis fieri aliter non posse quam in Conclavi, & eo clauso, & post celebratum in eo prima die solum Missæ sacrificium (scilicet de Spiritu Sancto) & illa verba, fieri aliter non posse, inducant formam, secundum Felinum in cap. Dilecti, num. 6. vers. Septimum signum, de rescript. Dec. cons. 528. num. 11 Paris. cons. 19. n. 20. lib. 2. & actum contrarium ipso jure infirmant, ut notat Bart. in l. fin. num. 7. ff. de ser. Jas. in l. Non dubium, num. 60. C. de legib. cum præsertim celebratio Missæ sub unica determinatione cumuletur cum clausura Conclavis, quæ proculdubio est substantialis, ad l. lam hac jure, §. sed si, & ibi Bart. num. 1. ff. de vulg. & pupill. Id. inquam, non obstat, quia in §. Quod si electio, ubi restringitur forma substantialis electionis cum decreto irritanti, non repetuntur illa verba, post celebratum Missæ sacrificium, quod clare demonstrat hanc solemnitatem ad electionis validitatem non pertinere. Quare de hoc

defectu sicut excipi non potest contra electionem inferiorum, ita nec contra electionem Papæ. Ad hoc cap. Licet de vitanda, & quod ibi dixi in 3. notabili supra de elect.

4 Ratio supra scriptæ decisionis est, quia hæc levis solemnitas, cuius omisio actum non vitiat, l. 1. §. fin. ff. de vent. in spic. Aym. cons. 182. Videtur, num. 17. vers. Similiter omisio. Unde in simili quamvis in publicatione electionis decantari soleat Hymnus Ambrosii, & Augustini, scilicet Te Deum laudamus; tamen si omittatur, non vitiat electionem, Specul. in tit. de elect. §. 1. vers. Consequenter, num. 36. Bertachin. in tract. de Episcop. q. 9. lib. 3. Similiter quamvis in inventario præmittendum sit signum Crucis, hæc tamen solemnitas levis est, cuius defectus inventarium non inficit, Bart. & alii post eum in l. fin. §. 1. num. 3. vers. Hac est forma, C. de jure deliber. & eodem modo et in instrumento præmittenda sit invocatio nominis Domini, ut notat glossa 1. in l. Generati. C. de Tabular. lib. 10. & in Auth. Ut præpon. nomen Imper. in ver. Auctores, tamen omisssa non invalidat instrumentum, secundum Bart. in l. Si quis ex argentarius, §. Si vicium, num. 7. ff. de eden. & Ripa hic in 1. notab. Sed an hoc ultimum sit verum, & an procedat ex consuetudine, plene notavi in cap. In nomine Domini, in 1. notab. n. 7. infra de testibus.

7 Secundo nota ibi, unanimiter elegisse, hoc verbum, unanimiter, innuere actum fuisse celebratum nemine discrepante. Quod apertius probatur in cap. Bona, si secundo, & in cap. Etsi unanimiter, supra de postul. Pralat. & sentit hic Innoc. dum ait commendabile esse ut fiat unanimiter, ut in cap. Innotuit, de elect. licet raro sic fiat, cap. Nec novum, 8. quest. 1. Et quamvis Anton. de Butr. in cap. Ad aures in 1. notab. supra. Quod mer. cap. ex eo textu deducat unanimiter factum dici posse quod factum est à majori parte Capituli, seu Collegii aliquibus contradicentibus tamen revera ex illa Decretali colligitur oppositum: nam ibi non dicitur simpliciter electionem fuisse unanimiter celebratam, sed unanimiter uno excepto. Quæ exceptio frustra fuisset adjecta, si verbum unanimiter verificaretur in majori parte Collegii, ut bene ibi per Imolam in 1. notab. & Abb. num. 1. Tene igitur idem importare aliquid fieri unanimiter ac nemine dissentiente, prout hic firmant Abb. Barbat. & Ripa in 2. notab. Felin. in cap. Non potest, nu. 8. vers. Idem de verbo unanimiter, de re judic. & consensu Bald. in l. fin. in l. col. de impub. & in l. vn. §. Hæretici, in l. col. C. de Caduc. solenn. dum ait hanc dictionem unanimiter, seu unâ, esse valde conjunctivam, & importare summam conjunctionem, & unitatem. Eodem modo concorditer aliquid fieri non dicitur, si vel unus contradicat, ut notat gloss. in Clem. Ne Romani, in ver. Concorditer, de elect. & in cap. Cipientes, in eodem ver. eodem rit. lib. 6. De quo tamen vide ad saturitatem Felinum contra a jura conciliantem in dicto cap. Non potest, num. 8. & hæc nota pro scholaribus, qui in Collegio dicuntur unanimiter, seu concorditer approbati, secundum Abb.

9 Tertio nota ibi, Clerici Conventualium Ecclesiarum. Collegiatae scilicetulares; & sic verbum Conven-

M 4 tus

ubi notatur de offic. Archid. ob quam juris restitutum hanc institutionem vel nullo modo praescribitur, vel certe requiritur, aut quadragenaria cum titulo, aut immemorabilem, ex tractatibus per Belam. consil. 10. Factum est tale, num. 5. cum pluribus seqq. & aliis col. 3. circa mod. vers. Secundo requiritur, & col. 17. in princ. vers. Circa quintum. Aym. consil. 24. Scripsi ad hanc. n. 14. & sequitur Rota diversis part. 1. decis. 833 n. 5. & 4. & hanc Praepositus consentit fieri debere ab Episcopo.

32 Tertia species media inter corporalem, & autorizabilem institutionem, est quam vocant collativam, de qua nunc controversatur, & hanc quamvis de iure spectet ad Episcopum tantum, cap. Cum ex injuncto, in fin. de heret. lib. 6. Canonica tamen non restituit quominus competat ex consuetudine Archidiacono. Quinimo huic consuetudini assistunt, ut probatur in cap. In plebibus, c. 3. dist. in cap. Super eo, juncta glossa in ver. Archidiacono, de offic. deleg. cap. Ad hoc, cum glossa in ver. Consuetudines, de excess. Pralat. in cap. fin. ubi etiam glossa in ver. Archid. glossa & Doctores in dicto cap. Cum venissent. Unde fit ut hanc institutio absque titulo possit praescribi, quia quotiescumque praescriptio non habet vehementem juris restitutum, non requiritur titulum, cap. Placita 1. §. Potes, l. 6. q. 3. cap. De quarta, ubi DD. cap. Si diligenti, ubi glossa in ver. Institutio, & Felin. post alios num. 6. vers. Est verum, de praescript. Dec. consil. 34. §. Puncto, sub num. 47. vers. Et ad hoc facie, dicens decisionem cap. 1. de praescript. lib. 6. procedere ubi fortiter jus commune restituit praescribenti Covarr. variar. resol. lib. 1. cap. 17. num. 7. & decidit Rota in dicta causa Placentina coram Penia. Ratio est, quia titulus non requiritur in praescriptione, nisi ad excludendam male fidei possessionem; & mala fides non praesumitur in eo, qui possidet iure non improbane, aut resistente, Innoc. & Bald. in cap. Per suas, de testibus.

35 Alterum caput quod iustificat hanc praescriptionem, est quia Praepositus instituit anno 1481. usque ad annum 1601. atque nititur centenaria possessione, quae titulum non requirit, A. H. de. decis. 324. num. 5. & censuit Rota apud Seraph. decis. 707. n. 2. & Gabriel commun. concl. de praescript. concl. 1. n. 71. & 73. ubi aliis pluribus relatis dicit hanc opinionem communiter approbari: quoad hoc enim immemorabilis, & centenaria possessio aequiparantur: Gemin. in d. cap. 1. col. 4. vers. Sed quare Lap. & ibi etiam Anchar. col. fin. vers. Quare etiam, circa hoc, de praescript. lib. 6. Gabriel, & Seraph. loci citatis.

Neque his obstat laudum anno 1565. latum ab Ormanetto inter Episcopum Cremonae, & Praepositum Buxeti, quo decernuntur irrita & inane omnia utrinque producta: nam uti iam respondit S. Congregatio in alia propositione huius causae dictum laudum, quod pertinet ad institutionem, effectum non habuit, quia utraque pars perrexit instituire, ut prius consueverat, Ac praeterea non fultulit Praepositus acquisitionem per praescriptionem annorum octuaginta, Nam nec mala fides superveniens interruptit praescriptionem iam absolutam, glossa communiter approbata in cap. Vigilanti, in ver. Noverit, de praescript. de scripti plenius in cap. Si quis, n. 10. de regular. Atque ex his videtur respondendum

Praepositi praescriptionem non requirere titulum.

38 Sed quatenus titulus esset necessarius, quod pertinet ad secundam partem dubii, de eo tamen videtur constare sufficienter: nam cum Praepositi instituerint spatio longissimi temporis scientibus, & patientibus Episcopis Cremonensibus, ex quorum concessione acquiri poterat ius instituti per ea, quae notantur per Lambert. de iurepatr. lib. 1. part. 1. q. 9. n. 69. & lib. 2. part. 3. q. 1. art. 10. Sola haec patientia praebuit eis iustam causam, ac titulum sufficientem ad praescribendum, ut hic tradit glossa in ver. Brevitatem temporis, Butr. col. penult. vers. Vbi ergo patientia, Cardin. in opposit. Imola num. 25. vers. Secundo modo, Archid. in cap. Quia cognovimus, 10. quest. 3. Gemin. in dicto cap. 1. in fin. de praescript. lib. 6. Felin. in dicto cap. 1. si diligenti, n. 6. vers. Secunda restrictio, & in terminis institutioni praesupposita episcopi scientia admittit, ac verum censet Regid. d. consil. 10. col. 10. vers. De quarta autem questione, & col. 13. vers. Quoad secundam difficultatem.

Scientia autem, & patientia Episcoporum satis iustificatur non solum ex annuis visitationibus, ex actibus multiplicatis, ac temporis diuturnitate, verum etiam ex actibus positivis, ut fuit satis dictum in alia positione huius causae. Qui quidem actus positivi in materia huius praescriptionis magis, & ex ore operantur, quam sola taciturnitas, cap. Ex ore, de huiusmodi, a maior. par. Cap. & tradit Abb. hic n. 5. Ac praeterea cum Praepositus ex privilegio Eugenii IV. habeat jus destituendi cum jurisdictione, hinc potuit probabiliter putare fuisse sibi concessum jus instituti, quod est minus. Ita enim infert in puncto Abb. in cap. Si quis contra Clericum, n. 53. & in cap. Cum contingat, n. 32. in fin. ubi etiam Anton. de Butr. col. 5. n. 12. vers. Nisi forte, de foro comper. Lambert. de iurepatr. 1. q. 1. quaestio principalis 3. part. 2. libr. Et quamvis illatio huiusmodi forte non sit iuridica, praebuit tamen Praepositus bonam fidem, ac iustam causam praescribendi; quia error juris dubii dat titulum sufficientem ad praescribendum, & aequipollit errori facti, Curt. Sen. consil. 71. Princeps defunctus, n. 14. Alex. consil. 214. Ponderatus, col. 2. lib. 6. Joan. de Imola, consil. 98. in quaestione, n. 15. Quinimo Felin. in cap. De quarta, n. 27. de praescript. ubi docet titulum erroneum juris dubii ignoranti sufficere ad praescriptionem, num. 28. exemplificat in eo, qui habuit ad perito malum consilium, & citat Angel. in l. Si lege, §. Scire, ff. de petiti. heredit.

40 Praebuerunt etiam Praepositis iustum titulum antiquissimae enunciativae, quia probant famam, quae est loco tituli, Captaq. decis. 36. Incip. Titulum ad praescribendum ius instituti, Rota decis. 91. n. 2. part. 1. & decis. 290. n. 11. par. 5. recent. & fuit decisum in causa Tirafomen, iuris praesentandi, 16. Octobris 1592. coram Blanchetto, & in Eugubina S. Petri de Vigneto 21. Maii 1590. coram Bualo.

DE RESTITVTIONE Spoliatorum.

Cap. Conquerente.

S V M M A R I V M.

1 Spoliatus etiam a iudice iuris ordine praetermissa ante omnia restituitur. Clericus ut beneficio suo privari possit, tria requiritur.

CONQUERENTE. Spoliatus etiam a iudice iuris ordine praetermissa ante omnia restituitur. Hoc dicit secundum Joan. Andr. & omnes.

Nota ex textu tria requiritur secundum Abbatem num. 2. ad hoc ut clericus beneficio suo licite privari possit. Primum enim requiritur causa rationabilis. Secundo ut causa huiusmodi sit manifesta. Et haec duo requiruntur habentur in textu ibi; Non decet honestatem suam Clericos sua jurisdictione sine manifesta causa, & rationabili suo beneficio spoliare. Et exponit ver. Manifesta, id est notoria, ut cap. Nos in quemquam, 2. quest. 1. & ver. Rationabili exponit, id est gravi: nam pro iure causa non debet quis privari beneficio suo, cap. Inventum, 15. quest. 18. Tercio requiritur, ut privatio fiat in iudicio, seu iuris ordine servato: & hoc vult textus ibi: Sine iudicio spoliasti. Nam ut inquit Hostiensis in cap. Licet Hebr. num. 5. infra de simonia. Hic nullus ordo fuit servatus, sed episcopus non citatum, non confessum, non convictum, nec aliqua praemissa inquisitione istum clericum voluntate capitanea beneficio spoliavit; Et ideo quia ex hoc merito reddidit se suspectum, datur ei iudex. Et idem dicitur ibi Joan. Andr. n. 7. post med. vers. Non obstat, Butr. n. 13. in fin. Anchar. n. 7. vers. Non obstat, & reliqui omnes. An autem haec vendicent sibi locum in Papa, ita ut sine iusta causa, & iuris ordine non servato possit clericum suo beneficio, vel officio privare, scripsi latissime in cap. Consultationibus, n. 24. usq. ad n. 83. infra de Clerico aegrotant.

DE RESTITVTIONE Spoliatorum.

Cap. Gravis.

S V M M A R I V M.

1 Volentis rem cum fructibus etiam qui percipi potuissent restituere, damna restituit, & de iniuriis satisfacere compellitur, & n. 7. cum quatuor seqq.

2 Fructus intelliguntur deducta impensis, quae venditorum, colligendorum conservandorumque eorum gratia sunt.

3 Impensis pro quaerendo, colligendo, & conservando fructibus deducta etiam praedant.

4 Et nullus casus intervenire potest, qui hoc genus deductionis impediat si impensa sunt necessaria. & n. 5.

5 Fallit tamen in Decimis praeialibus, n. 6.

6 Reditus proveniens, & obventiones lucrum significat.

7 Decime praeiales solvi debent sine ulla deductione seminis, & aliorum sumptuum, qui sunt in agricultura.

8 Interdictum recuperanda ad quos se extendat.

9 Spoliatio facienda est integerrima restitutio etiam quoad locum, in quo rei posita erat.

10 Item restitucnda sunt damna illata in spoliatione.

11 Item restituenda sunt fructus etiam qui percipi potuissent.

12 Spoliatio non fatiscit de iniuriis, nisi de iure specialiter agatur: sed restitutio fructuum, & restitutio damnorum veniunt etiam si non fuerint petita.

13 In fructibus perceptis ante moram item regulariter non fit condemnatio, nisi expresse petantur in libello, & n. 15.

14 Fallit quando agitur de vi expulsi, aut compulsi, vel per vim habedictati.

15 Fructus quando accessorii petuntur in libello, si in eis non fiat condemnatio, non potest de eis amplius agi, nec super omisso sententia ferri.

16 Sicis si petantur principaliter, & iure actionis.

17 Fructus alij sunt naturales, alij industriales, alij civiles.

18 Fructus naturales qui sunt.

19 Fructus industriales qui.

20 Fructus an iudicari debeant naturales, vel industriales, vel iudicari arbitrio iudicis.

21 Et quomodo huiusmodi arbitrium sit regulandum.

22 Olera, & oleum sunt fructus industriales.

23 Fructus omnes, qui seminantur, industriales sunt.

24 Foenum, & palea fructus industriales dicuntur.

25 Item lana, & lina.

26 Item aucupia, venationes, & piscationes.

27 Item lapidicima, & creosodine.

28 Item cervisia.

29 Pasca sunt fructus naturales, nisi salce secentur.

30 Fructus civiles qui dicuntur, & n. seqq.

31 Personae domorum, yfura, vectura navium, mercedes iumentorum, & opera servorum dicuntur fructus civiles. & n. seqq.

32 Personae domorum quo sensu ab aliquibus vocentur fructus industriales.

33 Fructus civiles magis accedant naturalibus, quam industrialibus.

34 Personae Ecclesasticae abq. dubio inter fructus civiles computantur.

35 Possessor mala fidei dicitur vere, & iuris praesumptione.

36 Possessor mala fidei vere dicitur qui possidet rem, quam pro certo seu esse alienam. & n. 108.

37 Item is, qui pro certo seu rem non esse suam.

38 Possessor mala fidei iuris praesumptione dicitur ille, cum quo supra re, seu domini rei ius fuit contestata, & n. 108. & latius n. 110. & 111.

39 Possessor mala fidei an quis efficiatur per solam denunciationem.

40 Possessor bona fidei dicitur qui ignorat se alienum possidere, & cogitatione dominum possidet.

41 Item qui credit tradentem esse dominum.

42 Possessorum bona, vel mala fidei multipliciter divisa.

43 Possessor bona fidei semper sine titulo facit fructus iudic.